

B. c. D. 47  
MELETEMA PHILOSOPHICUM  
DE

# FINE STUDI- ORUM GENUINO,

Quod

*Cum conf. Ampl. Facult. Phil. in Reg. Ac. Ab.*

PRÆSIDE  
RECTORE MAGNIFICO

DN. JOHANNES  
BROWALLIO,

S. S. Theol. Doct. ac Scient. Nat. Prof. Reg. & Ord.

PRO GRADU

*Publicæ disquisitioni modeste submittit*

PETRUS HÆGG

OSTROBOTNIENSIS,

die XVII. Julii Anno MDCCXLV.


Horis ante meridianis confectis.

---

ABOÆ, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.

## LECTORI BENEVOLO.

**D**A veniam, Lector Humanissime, quod argumentum nobilissimum perfunctoria tantum opera leviter tactum oculis Tuis Subjiciam; Aliud profecto ab initio consilii iniveteram, constitueramque justa tractatione enucleare quod jam breviter tantum indigitavi; Nec, si dicendum quod res est, penitus officio meo defuit; Sed prolixiorum exegesi argumenti, adhibita omni diligentia, pro ingenii tenuitate adornavi. Cum vero prærens rerum habitus, temporis imprimis qua premo angustia, deficiensque Hypographi jam occupatissimi, opera, vel tantillum prolixitatem ferre nequeat, totum negotium in compendium redigere coactus sum; quod etiam, quin satis feliciter præstare potuerim, obstitit demum summa festinatio. Majorem proinde in modum rogo, digneris, circumstantiarum ratione habita, has lineas, quas nec dignitati materie nec meo eodem impenso labori, multo minus Tue expectationi respondere satis superque ipse scio, meliorem in partem interpretari mitiorique saltem censura defectus, qui heic occurrunt, vexare; quo in puncto si equam mitatem & indulgentiam Tuam expertus fuero, quovis officii genere eandem demereri letus conabor.



I. N. J.

§ I.

**S**apientis est finem semper optimum sibi propositum habere, mediaque aptissima quæ eidem obtinendo inserviant eligere semper atque applicare; Neque aliter entia ratione prædita agere fas est. Videmus igitur, ut exemplum maximum citare liceat, Creatorem T. O. M. omnibus creaturis illam naturam, vires, facultates ac organa concessisse, quæ vitæ singulorum generi quam maxime convenientia & ad perfectionem ac felicitatem obtinendam aptissima sunt; adeo ut, si unaquæque naturam ducem recte secuta fuerit, gloria divina, utpote ultimi finis rationem habens, quam luculentissime manifestetur.

## §. II.

**E**X creaturis proinde ille, quæ ratione ac libertate gaudent, in id unice incumbere debent, ut fines divinos detegant, illisque conformiter vitam instituant. Hominem igitur quam maxime decet finem sui ex consideratione naturæ propriæ, rerumque extra se, imprimis in sua sphaera positarum, discere, indeque officia deducere, quæ ad eundem obtinendum ducunt. Sunt autem illa multiplicia; quæ omnia tamen eo collimant, ut in sua specie perfectus evadat homo; eo autem ipso fines divini ab eodem obtinentur.

## §. III.

**L**abor, qui impenditur comparandæ habitudini ad satisfaciendum officiis & finibus divinis convenienter vivendum, *studia* dicitur, generatim videlicet sumto vocabulo; nemo enim ultra progredi potest, quam ut fines divinos secum intentos, & ex natura sui rerum que in sphaera sua existentium eratos allequatur; quod qui obtinuerit, omnem pro capacitate essentia suæ perfectionem, & per consequens felicitatem summam acquisivit. Contra vero  
ad

ad generalem hunc sensum, & optime quidem, applicari possunt verba hæc Senecæ in Epistola 83. *Vita sine studiis mors est, & vivi hominis sepultura.*

§. IV.

**S**equitur hinc omnes homines studiis incumbere debere; nihilominus ex usu loquendi educatio atque informatio vulgaris eo nomine non venit; sed tantum quæ peculiari cura & labore exercentur, propter excellantiam, *studia* dici consueverunt, & quidem cum linguas pro adminiculis habeant, atque in lectione multam partem consistant, *literaria*. Tamen & nos conatus quoscunque & exercitationes, quæ peculiari diligentia vel intellectus cultura & scientiis, vel etiam artibus aliisque bonis & humano generi proficuis habitibus impendantur, nullis licet lectionis & linguarum adjunctis adhibitis, *studiorum* nomine dignas censemus.

§. V.

**U**T autem studendi facultas pluribus suppeteret, cavit provida Imperantium cura, instituendo publicas officinas literarias, Scholas, Gy

Gymnasia & Academias, ut ibidem publicis impensis instruat<sup>r</sup> juven<sup>t</sup>us, cum paucis lupetant facultates ceteraque ad privatam informationem necessaria. Audiamus præterea V<sup>e</sup> rularium de Augmen. Scient. Lib. 2, pag. 38. Quen<sup>a</sup>dmodum aqua, sive ex cœlesti rore descendens, sive ex fontibus scaturiens, facile disperditur, nisi colligatur in aliqua receptacula, ubi per unionem & congregationem se sustentare & fovere possit: Similiter liquor iste Scientiæ pretiosissimus, sive a divina inspiratione destillet, sive e sensibus exsiliat, mox periret omnis, atque evanesceret, nisi conservetur in librâ, traditionibus, colloquiis ac præcipue in locis, his rebus destinatis, quales sunt Academia, Collegia, Schola, &c.

## §. VI

**A**ptitudo ad satisfaciendum officiis nostris & eruditio dicitur. Cum enim officia ex finibus divinis fluant, fines vero ex natura rerum intelligantur; per eandem autem situm noster in hoc universo determinatus sit; patet officia nostra esse pro situ nostro. Hinc quia eruditio est aptitudo satisfaciendi officiis nostris, eadem quoque ex situ determinationem sortietur.

## §. VII

## § VII.

**S**tus noster est vel *naturalis*, qui immmediate a conditione humana dependet, vel *adventitius*, qui, licet cum natura congruat, factum tamen aliquod humanum supponit. In utroque situ triplex obtinet, vel si mavis quadruplex ratio, erga DEUM, nos ipsos, alios ceterasq; res nos *circumstantes*, unde totidem resultant officiorum genera; quæ quidem omnia in officiis erga DEUM fundata sunt, immo re ipsa, quatenus ex finibus divinis dependunt, creature erga Creatorem officia sunt; separatim tamen facilius explicari posse maritalis visa sunt.

Officia, quæ nobis per situm naturalem incumbunt semper obtinent; per situm autem adventitium nova accedit determinatio, quæ deinde sub officiorum specialium nomine venit. Quorum pro diversitate varia atque varia requiritur aptitudo ad eadem perficienda; ac proinde etiam *eruditio*.

## § VIII.

**F**X antecedentibus pronò fluit alveo *eruditio*.  
nem finem studiorum genuinum esse, eamque

que talem, qualem requirunt officia erga DEUM, proximum & nosmet ipsos, pro situ duplici naturali ac adventitio. Cum vero omnibus hominibus per circumstantias externas, non pronum sit studiis peculiariter vacare, speciosior studiorum finis erit, eruditione sua supplere quod aliis deest; idque vel dirigendo, vel docendo, vel aliis quibuscunque modis commoda eorum promovendo; adeoque ad publicam felicitatem singulariter conferre.

§. IX.

**M**ulnera reipublicæ atque negotia tam multiplicia tamque varia sunt, & ad singulamente perficienda tanta eruditionis suppellex requiritur, ut eidem comparandæ homo vix par sit, multo minus pluribus sufficiat; necesse igitur est, ut unusquisque certum ac proprium sibi scopum præfixum habeat, & pro eruditionis, quæ ipsi ea propter necessaria est, peculiari indole, rationem etiam studiorum adornet. Seminaria enim reipublicæ ita instituta esse atque moderari



rari debent, ut usibus eius optime inserviant; necessitates igitur reipublicæ & negotia studiorum rationem determinare debent.

§. X.

**C**um vero diversæ observentur hominum, indoles diversæque inclinationes, imo quoque diversitas naturalis aptitudinis, quæ non gradualis tantum est, sed etiam specifica; Et præterea, quando hanc ipsam diversitatem negligimus, male procedere informationis negotium, & tantum non frustra adhiberi omnem curam, diligentiam ac laborem studiorum alicui eruditionisque generi, quod hoc in puncto contra naturam electum est; sequitur quod selectus ingeniorum quam maxime sit necessarius; qui quomodo instituendus sit, hic non est explicandi locus. Id tantum monemus, quod, cum in tenellis ingenii seligendis facile erretur, imprimis quamdiu negligentius maximi hoc momenti negotium tractatur, ita instituenda sit puerorum prima informatio, ut nihilominus minima temporis, impensarum & laboris fiat jactura. Præclarum etiam ad hanc rem est monitum Verulamii de Aug. Scient. lib. 8. p. 234. *In singulis actionibus ita animus est instituendus* & præ-

parandus, atq; intentiones nostra alia aliis subtere-  
nende, ut si in aliqua re voti compotes fieri non  
possimus, tum ad alium quempiam, prater de-  
stinatum finem, operam impensam flectere quea-  
mus.


## §. XI.

**P**eccant igitur qui in studendo eruditionem,  
vitæ generi electo conformem, sibi tan-  
quam finem & scopum propositam non ha-  
bent; peccant, qui vitæ genus mature non e-  
ligunt; peccant, qui in eodem eligendo vel  
naturam ducem non sequuntur vel reipublicæ  
utilitatem negligunt; peccant, qui propositum sæ-  
pius mutant, ardelliones enim audiunt & semper  
tirones manent; peccant, qui per omnia erudi-  
tionis genera vagantur, nihil enim recte di-  
scunt. Quamobrem recte monet Morhofius  
Polyh. Lib. 2. cap. 7. pag. 408. *Uni & pro-  
pria incumbendum est facultati, de reliquis vero  
actibandum.* Peccant, qui student, vel tantum  
ut panem lucrentur, vel ut docti videantur, vel  
ut in vita ignava aliquid oblectamenti habeant.

Plurimis quoque aliis modis, peccatur, quod  
ex antea dictis facile foret demonstrare, nisi fe-

stinatio prohiberet; omnium autem maxime enormiter peccant, qui DEUM negligunt, adeoque finibus maximis obtinendis inepti evadunt. Quod enim de se senex & claudus Epictetus dixit, vel quam maxime ad eruditionem pertinet: Sane quid aliud nobis agendum foret & publice & privatim, quam numen celebrandum & laudandum & grates ei persolvendæ? Equid aliud possim ego senex & claudus nisi celebrare DEUM? Luscinia si essem, lusciniæ fungerer officio, si olor, oloris. Atque intelligentia prædictus sum; mihi igitur incumbit DEUS celebrandus.

SOLI DEO GLORIA,



## Til Höglærde Herr Auctoren.

**M**An gjorde den ewiga warelsen en oförlätelig oförrätt, om man inbillade sig något af honom wara gjordt, hwarwid han icke skolat haft sit aldrabeligaste och wisaste andemåhl. Ner wi blott med wår menniskeliga dock sunda eftertancka, så mycket hos oss står, hans wärck betrackta, så intryckes i oss sådana klare prof och bewis, at icke det aldragudlöfaste sinne kan förborga et enda spår der til. Welc wi allenaß det konstiga mæstarstycket menniskian i synnerhet betrackta, så lera oss berpå öfwerlygande wittnes böder temnas: Hwad för fulkomligheter! Hwad för förnögenheter; så å siälens, som å kropsens wagnar ero icke nidlagde? hwilket alt wår aldrawisaste Skapare icke kunnat gjöra förgeswes. Men som det icke er dermed nog, at alt detta har sit wäsenteligaste andemåhl med sig; utår det samma bör också handteras, at Skaparens systemåhl i sielfwa wärcket fulgiöras, så böra alla desse nidlagde fulkomligheter; så utöfwas, at de warda mæchtige at fulgiöra de plichter, som alwisheten sielf genom dem påsyftat. Si detta er alt hwad wi skola bestita oss om. Heri bör all wår wishet och lerdom stadna: sell alltså den, som så har sökt och krafftigt wunnit så heligt andamåhl. Min Bror, ehuru nu tiden för Dig warit ganska kort, så har Du dock tillräckeligen detta utlagt i denna din lerdadispertation. Du har, min Bror, det så mycket bättre kunnat gjöra, som Du sielf alltid föllt at ebrnä af dit tregna arbete at sådant betigt andemål. Jag önskar Dig lycka til Ditt förehafwande, och at Du måtte få den sellbet, som sådant systemåhl med sig förer. Wahlmens temnat af

GABRIEL G. HOFMANN  
Oesterbotnsnge.